

LX, marcas, denariorum, fratribus minoribus sudhercopie, C, marcas, denariorum, Thorkillo, dyakn, C, marcas, denariorum, Pro testamento, domini, siggonis archidiaconi, CXL, marcas, de quibus modica pars restat soluenda, Domino, Nicholao de sten, XIII, marcas, denariorum, Domino akoni, de rydh, III, marcas, argenti, lunduido, XX, marcas, denariorum, algoto, XXIII, marcas, denariorum, Magistro iohanni lapicide lincopie, X, marcas, argenti, Domino Foluido, XXI, marcas, denariorum, fratribus scaris, LX, marcas, denariorum, Guduasto, III, marcas, argenti, Ormero Galldhæ, VII, marcas, denariorum Tithemanno fris Ceterum petimus, ac instantissime Rogamus, successorem nostrum quicumque fuerit, vt si nos, de medio tolli contigerit, aliquibus, Debitis memorati, Domini, B, non solutis, anime eius salutis respectu, nostrarumque precum intuitu, opem, et operam efficacem velit inpendere, ut soluantur, Insuper, conuiuio beate katerine in lincopia, legamus, vnum baldekinum, pro memoriali, super feretrum, sepeliendorum conuiuiarum In premissorum itaque maiorem Euidenciam, presentes, appensione siggilli nostri, fecimus communiri, Actum et Datum lincopie, Anno, domini, M<sup>o</sup>, CCC<sup>o</sup>, I<sup>o</sup>, Die beate katerine, VIRGINIS.

*På frânsidan:* Summa pecunie debite fabricæ ecclesie lincopensis per dominum benedictum eiusdem Episcopum bone memorie et remisse per dominum laurencium successorem eiusdem et capitulum, ratione curiarum in leenum et iordhæstædhum, duo milia et trecente marce denariorum, jtem summa pecunie solute per eundem dominum laurencium. pro testamento et debitis memorati domini .B. mille centum. et decem, et septem marche argenti cum dimidia. Et nongente quadraginta sex marche cum dimidia denariorum.

Af sigillet finnes blott ett stycke quar.

1353.

1302 Odat.

Brunsholm.

MAGNUS GREGERSSONS medgifvande för Årkebiskop Nils i Upsala, att anordna om en jordlott i Berga i Färentuna socken, hvilken hans son Peter erhållit i arf efter Carl Erlandsson.

A. 6. a.

Omnibus presentes Litteras inspecturis. MAGNUS GREGORISSON, salutem in domino sempiternam Presentibus volo constare euidenter, consensus et voluntatis mei fuisse et esse. Quod reuerendus pater, dominus Nicolaus dei gracia archiepiscopus vpsalensis, de septem solidis terre. minns vno denario terre et dimidio, situatis in parochia feringatunum villa bergum, que quidem terra filio meo petro. de hereditate domini Karoli Erlendson prouenerat, dispositionem et ordinationem plenariam habeat permutandi ipsos et alio quouismodo distrahendi pro sue libito uoluntatis. In horum testimonium euidens, presentem litteram feci fieri et meo sigillo communiri, Scriptum Brunsholm, æno domini. Millesimo. CCC<sup>o</sup>. seeundo.

Sigillet bortfallet från den ur brevet klippta remsan.